



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

**Parisiis, 1644**

VI. De priuilegiis quae quibusdam ciuitatibus competunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

ANNO  
 CHRISTI  
 419.

humaniorem pro his ferre sententiam. Concilia  
 autem fiant, vnum quidem ante quadragesimam  
 Paschæ, vt omni pusillanimitate sublata, munus  
 mundum offeratur Deo: secundum autem, circa  
 tempus autumnii.

Dist. 18.  
 Habeatur  
 semel Con-  
 cilium.

VI.

Antiquiores obtineant, qui apud Ægyptum  
 sunt & Libyam & Pentapolim, ita vt Alexandri-  
 nus episcopus horum omnium habeat sollicitudi-  
 nem, quia & vrbis Romæ episcopo similis mos est.  
 Similiter autem & circa Antiochiam, & in ceteris  
 prouinciis priuilegia propria reseruentur metropo-  
 litanis ecclesiis. Omnino autem manifestum est il-  
 lud, quia si quis præter Concilium metropolitani  
 factus fuerit episcopus, hunc Concilium magnum  
 definiuit non debere esse episcopum. Si verò com-  
 muni omnium decreto rationabili, secundum Ca-  
 nonem ecclesiasticum comprobato, duo aut tres  
 propter proprias inimicitias contradixerint, obti-  
 neat sententia plurimorum.

Dist. 65.  
 Mos anti-  
 quus per-  
 duret.

Dist. 64.  
 Illud ge-  
 neraliter  
 in.

Dist. 65.  
 Sane si cõ-  
 mune om-  
 nium.

VII.

Hierosolymitani consuetudo antiqua seruetur,  
 vt Æliæ episcopus honoretur, & habeat ordinem  
 honoris, salua tamen metropolitani dignitate eius-  
 dem prouinciæ.

Dist. 65.  
 Quoniam  
 mos anti-  
 quus.

VIII.

Si aliquando venerint ad catholicam ecclesiam  
 Cathari, placuit, sicut & magnæ Synodo, eos or-  
 dinatos sic manere in clero. Ante omnia autem,  
 hæc profiteri ipsos per scripturam oportet, quod  
 consentiant, & sequantur catholica & apostolica

1. quest. 7.  
 Si qui vo-  
 luerint.